UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

### Cicero, Marcus Tullius

### Lutetiae Paris, 1522

In Pisonem. Oratio XXXVIII.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-431

Visual Library

prouidebo:ſi aliqđ meũ priuatũ officiũ,me nõ ingratũ eſſe pręſtabo.Atq; hoc velim proba-
re oĩbus Patres Cõſcripti:ſed leuiſſime ferã, ſi forte aut his minus probaro, q meũ inimicũ
repugnante veſtra auctoritate texerũt:aut his,ſi q meũ cũ inimico ſuo reditũ in gratiã vitu
ꝑabunt:cum ipſi & cum meo,& cum ſuo inimico in gratiam non dubitarint redire.

## IN PISONEM. ORATIO XXXVIII.

Deeſt principium.

Iam ne vides bellua?iã ne ſentis?quæ ſit hoĩm querela frõtis tuæ?nemo q̃rit Syrũ neſcio quẽ
de grege nouitiorũ factũ eſſe Cõſulẽ.nõ eñ nos color iſte ſeruilis,nõ piloſæ genę, nõ dentes
Vultꝰ,ſer- mo qdã ta citꝰ mẽtis. putridi deceꝑrũt.oculi,ſupercilia,frons,vultus deniq; totus, q ſermo qdã tacitus mẽtis eſt,
hic in fraudẽ hoĩes impulit:hic eos,qbus erat ignotus,decepit,fefellit,ĩduxit: pauci iſta tua
lutulẽta vitia noueramus:pauci tarditatẽ ingenii,ſtuporẽ,debilitatẽq; linguę:nũq̃ erat audi
ta vox in foro:nũq̃ ꝑiculũ factũ cõſilii:nullũ nõ modo illuſtre,ſed ne notũ qdẽ factũ aut mi
Fumoſæ imagines. litię,aut domi.obrepſiſti ad honores errore hoĩm,cõmendatione fumoſarũ imaginũ, quarũ
ſimile habes nihil,præter colorẽ.Is mihi etiã gloriabit̃,ſe oẽs magiſtratus ſine repulſa aſſecu
tum.mihi iſta licet de me vera cũ gloria prædicare. oẽs eñ honores populus Ro. mihi ipſi
homini detulit.Nam tu cũ Quęſtor es factus,etiã q te nunq̃ viderant,tamẽ illum honorem
nomini mandabãt tuo.Aedilis es factus:Piſo eſt a populo Ro.factus,nõ iſte Piſo.Prætura itẽ
maioribus delata eſt tuis.noti erant illi mortui.te viuũ nondũ nouerat qſq̃.me cũ Quęſtorẽ
in primis,Aedilẽ priorẽ,Prætorem primũ cunctis ſuffragiis Populus Ro.faciebat,homini il
le honorem,non generi,moribus,non maioribus meis,virtuti ꝑſpectę,non auditę nobilita
ti deferebat.Nã qd ego de cõſulatu loquar?parto vis,an ne geſto?miſerum me, cum hac me
ꝑſte atq; labe cõferọ:ſed nihil cõparandi cauſa loquar:ac tamẽ ea,quæ ſunt lõgiſſime diſiun
cta,comprehendam.Tu Conſul es renunciatus(nihil dicam grauius q̃ quod omnes fatent̃)
impeditis Reip.tẽporibus,diſſidentibus Conſſ.Cęſare & Bibulo:cũ hoc non recuſares, quin
hi a qbus dicebare Conſul,te luce dignũ non putarẽt,niſi nequior q̃ Gabinius extitiſſes.Me
cuncta Italia,me omnes ordines,me vniuerſa ciuitas non prius tabella,q̃ voce priorẽ Conſu
Fors domi na campi. lem declarauit.Sed omitto vt ſit factus vterq; noſtrũ.ſit ſane fors domina campi.magnificẽ-
tius eſt dicere,quẽadmodum geſſerimus conſulatũ,q̃ quẽadmodum ceꝑrimus.Ego Calend.
Acta publi ca Cicero. ĩ cõſulatu. Ianu.Senatũ & bonos omnes legis Agrariæ,maximarũq; largitionũ metu liberaui.ego agrũ
Campanum,ſi diuidi non oportuit,cõſeruaui:ſi oportuit,melioribus auctoribus reſeruaui.
ego in C.Rabirio ꝑduellionis reo XL.annis ante me Conſulẽ interpoſitã Senatus auctori-
tatem ſuſtinui contra inuidiã,atq; defendi.ego adoleſcentes bonos & fortes,ſed vſos ea con
ditione fortunæ,vt ſi eſſent magiſtratus adepti,Reip.ſtatũ cõuulſuri viderẽtur,meis inimi-
citiis,nulla Senatus mala gratia,comitiorũ ratione priuaui. Ego Antoniũ Collegã cupidũ
prouinciæ,multa in Rep.molientẽ,patientia atq; obſequio meo mitigaui.ego prouinciã Gal
liã Senatꝰ auctoritate,exercitu,& ꝑcunia inſtructã,& ornatã,quã cũ Antonio cõmunicaui:
ꝙ ita exiſtimabã tẽpora Reip.ferre:in cõcione depoſui reclamãte populo Ro.ego L.Catilinã
cędẽ Senatus,interitũ vrbis,nõ obſcure,ſed palã moliẽtẽ,egredi ex vrbe iuſſi:vt a quo legibꝰ
nõ poteramꝰ,mœnibꝰ tuti eſſe poſſemꝰ.ego tela extremo mẽſe cõſulatus mei intẽta iugulis
ciuitatis de cõiuratoꝝ nefariis manibꝰ extorſi.ego faces iã accẽſas ad huiꝰ vrbis incẽdiũ cõ-
prehẽdi,protuli,extinxi.me Q.Catulus priceps huiꝰ ordinis & auctor publici cõſilii frequẽ
Propter te ſedet. tiſſimo Senatu parẽtem patrię nominauit. mihi hic vir clariſſimus,q propter te ſedet,L.Gel
lius his audiẽtibꝰ ciuicã coronã deberi a Rep.dixit.mihi togato Senatus,nõ vt multis bene
geſtę,ſed vt nemini,cõſeruatę Reip.ſingulari gñe ſupplicationis deorũ ĩmortaliũ tẽpla pate-
fecit.ego cũ in cõcione abiẽs magiſtratu dicere a tribuno pl.ꝓhiberer,quę cõſtituerã:cũq; is
mihi tantũmõ vt iurarẽ, ꝑmitteret:ſine vlla dubitatione iuraui,Rẽp.atq; hãc vrbẽ mea vniꝰ
oꝑa eſſe ſaluã.mihi populus Ro.vniuerſus illa in cõcione nõ vniꝰ diei gratulationẽ,ſed æter
nitatẽ ĩmortalitatẽq; donauit,cũ meũ iuſiurãdũ tale,atq; tãtũ iuratꝰ ipẽ vna voce & conſen
ſu approbauit.quo qdẽ tẽpore is meus domũ fuit e foro reditꝰ,vt nemo,niſi q mecũ eſſet,ci
uiũ eẽ in nũero videret̃.Atq; ita eſt a me Cõſulatꝰ pactꝰ,vt nihil ſine cõſilio Senatꝰ,nihil nõ
approbãte ppl'o Ro.egerim:vt ſemꝑ in roſtris Curiã,in Senatu populũ defenderim:vt mul-

titudinẽ cũ principibus,Equeſtrẽ ordinẽ cũ Senatu cõiunxerim. Expoſui breuiter Conſu=
latũ meũ.Aude nũc o furia de tuo dicere.cuius ſit initiũ ludi Cõpitalitii,tũ primũ facti poſt
L.Luſcelliũ,& C.Mariũ cõſſ.cõtra auctoritatẽ huius ordinis:quos Q.Metellus(facio iniuriã
fortiſſimo viro mortuo,q illũ,cui⁹ paucos pares hæc ciuitas tulit,cũ hac importuna bellua
conferã)ſed ille deſignatus cõſul,cũ qdã Tribunus pl.ſuo auxilio magnos ludos cõtra Sena
tuſcõſultũ facere iuſſiſſet, priuatus fieri vetuit:atq; id,qđ nõdũ poteſtate poterat,obtinuit
auctoritate.Tu cũ in Cal.Ian.Cõpitalitiorũ dies icidiſſent,Sex.Clodiũ,q nũq̃ antea prętexta
tus fuiſſet,ludos facere,& prętextatũ volitare paſſus es,hoiem impurũ,atq; nõ mõ facie,ſed
etiã oculo tuo digniſſimũ.Ergo his fundamẽtis poſitis cõſulat⁹ tui,triduo poſt inſpectãte &
tacẽte te,a P.Clodio,fatali portẽto, prodigioq; Reip.lex Helia & Fuſia euerſa eſt,ꝓpugnacu
la,muriq; tranquillitatis,atq; otii:collegia,nõ ea ſolũ, quę Senatus ſuſtulerat,reſtituta ſunt,
ſed innumerabilia quędã noua ex omĩ fece vrbis ac ſeruitio cõcitata.ab eodẽ hoĩe in ſtupris
inauditis,nefariiſq; verſato,vetus illa magiſtra pudoris & modeſtię ſeueritas cẽſoria ſublata Cẽſoria ſe=
eſt,cũ tu interim buſtũ Reip.q te Cõſulẽ tũ Romę dicis fuiſſe,verbo nũq̃ ſignificaris ſenten= ueritas,
tiã tuã tãtis in naufragiis ciuitatis.Nõdũ quę feceris,ſed quę fieri paſſus ſis,dico: neq; vero magiſtra
multũ intereſt,pręſertim in cõſule,vtrũ ipſe ꝑniciosis legibus,improbis cõcionibus Rẽpu. pudoris &
vexet,an alios vexare patiat.An poteſt vlla eſſe excuſatio nõ dicã male ſentienti, ſed ſedẽti, modeſtiæ.
cũctanti,dormiẽti in maximo Reip.motu Cõſuli?cẽtũ propę annos legẽ Heliã & Fuſiã tenue
ramus:quadringentos iudiciũ rationẽq; Cenſoriã. quas leges auſus eſt nõ nemo improbus,
potuit qdẽ nemo vnq̃ cõuellere:quã poteſtatẽ minuere,quo minus de moribus noſtris quin
to quoq; anno iudicaret,nemo tam effuſe ꝑtulãs conatus eſt:hęc ſunt ó carnifex in gremio
ſepulta Cõſulatus tui.Perſequere cõnexos his funeribus dies.pro Aurelio tribunali ne cõni=
uente qdẽ te,qđ ipſum eſſet ſcelus,ſed etiã hilarioribus oculis q̃ ſolitus eras,intuente, dele=
ctus ſeruorũ habebat ab eo,q nihil ſibi vnq̃ nec facere,nec pati turpe eſſe duxit:arma in tem
plo Caſtoris,ó proditor tẽplorũ oĩm,vidente te cõſtituebant ab eo latrone,cui tẽplum illud
fuit te Cõſule,arx ciuiũ ꝑditorũ,receptaculũ veterũ Catilinæ militũ,caſtellũ forenſis latro
cinii,buſtũ legũ oĩm,ac religionũ.Erat nõ ſolũ domus mea,ſed totũ Palatiũ Senatu,Equiti=
bus Ro.ciuitate omni,Italia cuncta,refertũ:cũ tu nõ modo ad eũ Ciceronẽ(mitto eĩ dome
ſtica,quę negari poſſunt,hęc cõmemoro quę ſunt palã)non modo inquã ad eũ,cui primam
comitiis tuis dederas tabulã pręrogatiuę,quẽ in Senatu ſententiã rogabas tertiũ,nũq̃ aſpira Tabula ꝑ=
ſti,ſed oĩbus cõſiliis,quæ ad me opprimendũ parabant,nõ interfuiſti ſolũ,verũ etiã crudeliſ rogatiuæ.
ſime pręfuiſti.Mihi vero ipſi corã genero meo propinquo tuo,quę dicere auſus es?egere fo=
ris eſſe Gabiniũ:ſine prouincia,ſtare nõ poſſe:ſpem habere a tribuno ple.ſi tua cõſilia cũ illo
cõiunxeris,ſed a Senatu qdẽ deſperaſſe.huius te cupiditati obſequi,ſicuti ego feciſſem in col
lega meo.nihil eſſe qđ præſidiũ cõſulũ implorarẽ,ſibi quẽq; cõſulere oportere. Atq; hęc dice
re vix audeo.vereor ne q ſit,q iſtius inſignẽ nequitiã frontis inuolutã integumentis nõdum
cernat.dicã tamẽ.ipſe certe agnoſcet,& cũ aliquo dolore flagitiorũ ſuorũ recordabit.Memi
niſti ne cœnũ?cũ ad te quinta fere hora,cũ C.Piſone veniſſem,neſcio quo e gurguſtio te pro Gurguſtiũ
dire,inuoluto capite,ſoleatũ?& cũ iſto ore fœtido teterrimã nobis popinã inhalaſſes,excuſa Inhalare
tione te vti valetudinis:q; diceres,vinolentis te qbuſdã medicaminibus ſolere curari?quam popinam.
nos cauſam cũ accepiſſemus,qd eĩ facere poteramus?pauliſꝑ ſtetimus in illo ganearũ tua Ganearũ
rũ nidore,atq; fumo.vnde tu nos cũ improbiſſime reſpõdendo, tũ turpiſſime eructãdo eieci nidor.
ſti. Idẽ illo fere biduo productus in concionẽ ab eo,cui ſic æquatũ præbebas cõſulatũ tuũ,cũ
eſſes interrogatus qd ſentires de conſulatu meo,grauis auctor, Calatinus credo aliquis, aut
Aphricanus,aut Maximus,& nõ Ceſonius Semiplacẽtinus Caluentius,reſpondes,altero ad
frontẽ ſublato,altero ad mentũ depreſſo ſuꝑcilio,crudelitatẽ tibi nõ placere.hic te ille ho=
mo digniſſimus,tuis laudibus collaudauit.Crudelitatis tu furcifer Senatũ Cõſul in concio=
ne cõdemnas?nõ eĩ me,q Senatui parui.nam relatio illa ſalutaris & diligẽs fuerat conſulis:
animaduerſio qdẽ,& iudiciũ,Senatus.quę cũ reprehẽdis,oſtẽdis qualis tu,ſi ita forte accidiſ
ſet,fueris illo tẽpore cõſul futurus.ſtipẽdio mehercule & frumento Catilinã eſſe putaſſes iu
uandũ.quid eĩ interfuit inter Catilinã,& eũ,cui tu Senatus auctoritatẽ,ſalutẽ ciuitatis,to
tã Remp.prouinciæ pręmio vendidiſti?quę eĩ L.Catilinã conantẽ cõſul prohibui,ea P.Clo=
diũ faciẽte cõſules adiuuerũt.voluit ille Senatũ interficere,vos ſuſtuliſtis: leges incendere,
vos abrogaſtis:interire patriã,vos adiuuiſtis.Quid eſt vobis cõſſ.geſtũ ſine armis?incendere

illa cõiuratorũ manus voluit vrbẽ,vos eius domũ,quẽ propter vrbs incenſa nõ eſt.ac ne illi
qdẽ,ſi habuiſſent veſtri ſimilẽ cõſulẽ,de vrbis incendio cogitaſſent. non eñ ſe tectis priuare
voluerũt:ſed his ſtantibus,nullũ domiciliũ ſceleri ſuo fore putauerũt.cędẽ illi ciuiũ,vos ſer
uitutẽ expetiſtis.hic vos etiã crudeliores.huic eñ populo ita fuerat ante vos Conſſ.libertas

Geminum conſiliis Catilinæ.

inſita,vt emori potius,q̃ ſeruire pręſtaret.Illud vero geminũ cõſiliis Catilinę,& Lẽtuli,ꝙ me
domo mea expuliſtis:Cn.Pompeiũ domũ ſuã cõpuliſtis. neq; eñ me ſtãte & manẽte in vrbis
vigilia,neq; reſiſtente Cn.Pompeio omniũ gentiũ victore,vnq̃ ſe illi Rẽp. delere poſſe duxe-
runt.a me qdẽ etiã pœnas expetiſtis,qbus cõiuratorũ manes mortuorũ expiaretis:õme odiũ
incluſum nefariis ſenſibꝰ impiorũ in me profudiſtis.quorũ ego furori niſi ceſſiſſem,in Cati-
linę buſto vobis ducibus mactatus eſſem.Quod aũt maius indiciũ expectatis,nihil inter vos

Intermortuæ reliquiæ.

& Catilinã interfuiſſe?q̃ ꝙ eandem illã manũ ex intermortuis Catilinæ reliquiis cõcitaſtis:ꝙ
oẽs vndiq; ꝑditos collegiſtis:ꝙ in me carcerẽ effudiſtis:ꝙ cõiuratos armaſtis:ꝙ eorũ ferro
meũ corpus,atq; omniũ bonorũ vitã obiicere voluiſtis.Sed iam redeo ad pręclarã illã cõcio-
nem tuã.Tu es ille,cui crudelitas diſplicet?cui, cũ Senatus luctũ ac dolorẽ ſuum veſtis mu-
tatione declarandũ cenſuiſſet,cũ videres mœrere Rẽp.ampliſſimi ordinis luctu, ó noſter mi
ſericors qd facis?qđ nulla in barbaria qſq̃ Tyrãnus.omitto eñ illud,cõſulẽ edicere,vt Sena-
tus ſenatuſcõſulto ne obtẽꝑeret.quo fœdius nec fieri nec cogitari quicq̃ poteſt.ad miſericor
diã redeo eius,cui nimis videt̃ Senatus in cõſeruãda patria fuiſſe crudelis. Edicere eſt auſus
cũ illo ſuo pari,quẽ tamẽ oĩbus vitiis ſuꝑare cupiebat:vt Senatus, cõtra q̃ ipſe cenſuiſſet,
ad veſtitũ rediret.qs hoc facit vlla in Scythia Tyrannus,vt eos,quos luctu afficeret, lugere
nõ fineret?mœrorẽ relinqs, mœroris aufers inſignia.eripis lachrymas nõ cõſolãdo,ſed minã
do.Qꝫ ſi veſtẽ nõ publico cõſilio Patres Cõſcripti,ſed priuato officio,aut miſericordia mu-
tauiſſent, tamẽ id iis nõ licere ꝑ ĩterdicta crudelitatis tuę,poteſtatis erat nõ ferẽdę.cũ vero
id Senatus freqẽs cẽſuiſſet,ordines reliq iã ante feciſſent,tu ex tenebricoſa popina Cõſul ex
tractus,cũ illa ſaltatrice tonſa,Senatũ Reip.occaſum atq; interitũ lugere vetuiſti.At quære-
bat etiam paulo ante de me, quid ſuo mihi opus fuiſſet auxilio? cur non meis inimicis,meis
copiis reſtitiſſem? quaſi vero non modo ego, qui multis ſæꝑe auxilio fuiſſem, ſed quiſq̃ tam
inops fuerit vnq̃,qui iſto non modo propugnatore tutiorem ſe,ſed aduocato aut adſtipula-
tore paratiorẽ fore putaret.Ego iſtius ꝑcudis,ac putidæ carnis cõſilio ſcilicet,aut præſidio
niti volebam?ab hoc eiecto cadauere qcq̃ mihi aut opis,aut ornamẽti expectabã?conſulẽ ego
tũ requirebã:cõſulẽ inquã,nõ illũ qdẽ,quẽ in hoc animali inuenire nõ poſſem,q tantã Reip.
cauſam grauitate & cõſilio ſuo tueret̃,ſed q tãq̃ truncus atq; ſtipes, ſi ſtetiſſet modo, poſſet
ſuſtinere tamẽ titulũ cõſulatus.cũ eñ eſſet oĩs cauſa illa mea cõſularis, & Senatoria, auxilio
mihi opus fuerat & cõſulis,& Senatus.quorũ alterũ etiã ad ꝑniciẽ meã erat a vobis cõſuli
bus cõuerſum,alterũ Reip.ꝑnitus ereptũ.Attamẽ ſi cõſiliũ exquiris meũ,neq; ego ceſſiſſem,
& me ipſa ſuo cõplexu patria tenuiſſet,ſi mihi cũ illo buſtuario gladiatore,& tecũ,& cũ Col

Sextũ conſuli.

lega tuo decertandũ fuiſſet.alia eñ cauſa pręſtãtiſſimi viri Q.Metelli fuit:quẽ ego ciuẽ meo
iudicio cũ deorũ ĩmortaliũ laude cõiungo:q C.illi Mario fortiſſimo viro & cõſuli,& ſextum
cõſuli,& eius inuictis legionibus ne armis cõfligeret,cedẽdũ eſſe duxit. Quod mihi certamẽ

Laternariꝰ Cymbala. Crotalia.

eſſet huiuſmodi?cũ C.Mario ſcilicet?aut cũ aliquo pari?an cũ altero barbato Epicureo?cũ al
tero Catilinæ laternario?quos neq; hercule ego,neq; ſuꝑciliũ tuũ,neq; Collegę tui Cymba
la,ac Crotalia fugi:neq; tã fui timidus,vt q maximis turbinibus,ac fluctibus Reip.nauẽ gu-
bernaſſem,ſaluãq; in portu collocaſſem,frõtis tuę nubeculã,tũ collegæ tui cõtaminatũ ſpiri-
tũ ꝑtimeſcerẽ.alios ego vidi vẽtos:alias proſꝑexi animo procellas:aliis impẽdẽtibus tempe
ſtatibus,nõ ceſſi,ſed his vnũ me pro oĩm ſalute obtuli. Itaq; diſceſſu tũ meo oẽs illi nefarii
gladii de manibus crudeliſſimis exciderũt.cũ qdẽ tu,ó vecors & amens,cũ oẽs boni abditi,in
cluſiq; mœrerẽt,tẽpla gemerẽt,tecta ipſa vrbis lugerẽt,cõplexus es illud funeſtum animal ex
nefariis ſtupris,ex ciuili cruore,ex omniũ ſcelerũ importunitate,& flagitiorũ impunitate cõ

Perpotationes. Orbis ſaltatorius. Suo Græcorum.

cretũ.atq; eodẽ in tẽplo,eodẽ & loci veſtigio,& tẽporis,arbitria nõ mei ſolũ,ſed patrię fune-
ris abſtuliſti.Quid ego illorũ dierũ epulas,qd lætitiã & gratulationẽ tuã,qd cũ tuis ſordidiſ
ſimis gregibus intẽꝑatiſſimas ꝑpotationes prædicẽ?qs te illis diebus ſobriũ?qs agentẽ ali-
qd,qđ eẽt libero dignũ?qs deniq; ĩ publico vidit?cũ collegę tui domꝰ cãtu,& cymbalis ꝑſona
ret:cũq; ipẽ nudus ĩ cõuiuio ſaltaret:ĩ quo ne tũ qdẽ,cũ illũ ſuũ ſaltatoriũ verſaret orbẽ,for
tunę rotã ꝑtimeſcebat.hic aũt nõ tã cõcinnus helluo,nec tã muſicus,iacebat in ſuo Gręcorũ

fœtore atq; vino.qđ qdē iſtius in illis Reip.luctibꝰ,quaſi aliqđ Lapitharū aut Cētauroꝝ cōuiuiū ferebat:in quo nemo pōt dicere,vtrū iſte plus biberit,an vomuerit,an effuderit.Tu etiā mētionē facies cōſulatus tui?aut te fuiſſe Romę Cōſulē dicere audebis?quid?tu in lictoribꝰ,in toga,& ꝑtexta eſſe cōſulatū putas?quæ ornamēta etiā in Sex.Clodio te Cōſule eſſe voluiſti?huius tu Clodiani canis inſignibus cōſulatū declarari putas?aīo cōſulē eſſe oportet,conſilio,fide,grauitate,vigilantia,cura,toto deniq; munere conſulatus,omni officio.ego conſulē eſſe putem,qui Senatū eſſe in Rep.nō putauit?& ſine eo cōſilio cōſulē numerē,ſine quo Romę ne reges quidē eſſe potuerūt?Etem̄ illa iā omitto.cum ſeruorū delectus haberet̄ in foro:arma in tēplo Caſtoris luce,& palā cōportarent̄:id aūt tēplū ſublato aditu,reuulſis gradibus,a coniuratorū reliquiis,atq; a Catilinę præuaricatore quondā,tū vltore, armis teneret̄:cū Equites Ro.relegarent̄:viri boni lapidibꝰ e foro pellerent̄:Senatui nō ſolū iuuare rēpublicā,ſed ne lugere qdē liceret:cū ciuis is,quē hic ordo aſſentiēte Italia,cūctiſq; gētibꝰ cōſeruatorē patriæ iudicarat,nullo iudicio,nulla lege,nullo more,ſeruitio atq; armis pelleret̄,nō dicā auxilio veſtro,qđ vere licet dicere,ſed certe ſilētio:tū Romę fuiſſe cōſules qſq̄ exiſtimabit? Qui latrones igitur,ſi qdē vos Conſules,qui ꝑdones,qui hoſtes,q proditores,q tyranni nominabuntur?Magnū nomē eſt,magna ſpecies,magna dignitas,magna maieſtas Conſulis:nō capiūt anguſtię pectoris tui,non recipit leuitas iſta,non egeſtas animi, nō infirmitas ingenii ſuſtinet,nō inſolētia rerū ſecūdarū tantā ꝑſonā,tā grauē,tā ſeuerā.Seplaſia mehercle, vt dici audiebā,te vt primū aſpexit,Cāpanū cōſulē repudiauit.audierat Decios,Magios, & de Taurea illo Iubellio aliquid acceperat:in qbus ſi moderatio illa,quę in noſtris ſolet eſſe cōſulibꝰ,non fuit,at fuit pōpa,fuit ſpecies,fuit inceſſus,ſaltem Seplaſia dignus,& Capua.Gabiniū deniq; ſi vidiſſent Duūuirū veſtri illi vnguentarii,citius agnouiſſent.erāt illi compti capilli,& madētes cincinnoꝝ fimbrię,& fluētes pulſatęq; buccę dignę Capua,ſed illa vetere.nā hęc qdē, q̄ nūc eſt,ſplēdidiſſimorū hominū,fortiſſimorū virorū,optimorū ciuiū,mihiq; amiciſſimorū multitudine redundat.quorum Capuę te prætextatū nemo aſpexit,q non gemeret deſiderio mei:cuius cōſilio cū vniuerſam Remp.tum illam ipſam vrbem meminerant eſſe ſeruatā.me inaurata ſtatua donarāt:me patronū vnū aſciuerāt:a me ſe habere vitā,fortunas,liberos,arbitrabant̄:me & præſentem cōtra latrociniū tuū ſuis decretis legatiſq; defenderūt , & abſentē principe Cn.Pompeio referente,& de corpore Reip.tuoꝝ ſcelerū tela reuellēte, reuocarūt. An tu eras conſul? cum in palatio mea domus ardebat,nō caſu aliquo,ſed ignibꝰ iniectis,inſtigante te.Et qđ in hac vrbe maius vnq̄ incendiū fuit,cui non Conſul ſubuenerit? At tu illo ipſo tempore apud ſocrū tuam prope a meis ædibus, cuius domum ad meā exhauriendā patefeceras,ſedebas non extinctor,ſed auctor incendii, & ardentes faces furiis Clodianis pene ipſe Conſul miniſtrabas.An vero reliquo tempore Conſulem te quiſq̄ dixit?quiſq̄ tibi paruit ? quiſq̄ in curiam venienti aſſurrexit? quiſq̄ conſulenti reſpondendum putauit? numerandus eſt ille annus deniq; in republica?cū obmutuiſſet Senatꝰ,iudicia conticuiſſent, mœrerent boni,vis latrocinii veſtri tota vrbe volitaret,neq; ciuis vnꝰ ex ciuitate, ſed ipſa ciuitas tuo & Gabinii ſceleri,furoriq; ceſſiſſet.At ne tū qdē emerſiſti lutulente Cęſoni ex miſerrimis naturę tuę ſordibꝰ,cū experrecta tādē virtꝰ clariſſimi viri celeriter & verū amicū,& optime meritū ciuē,& ſuū priſtinū morē requiſiuit:neq; eſt ille vir paſſus,ī ea Rep.quā ipſe decorarat,atq; auxerat,diutiꝰ veſtroꝝ ſcelerū peſtē morari.cū tn̄ ille,qualiſcūq; eſt,q eſt ab vno te ī probitate victus Gabiniꝰ,collegit ipſe ſe vix:ſed collegit tn̄,& cōtra ſuū Clodiū primū ſimulate,deinde nō libēter,ad extremū tn̄ pro Cn.Pompeio vere vehemēterq; pugnauit.quo quidē in ſpectaculo mira Reip.æquitas erat:vter eorū periſſet,tanq̄ laniſta,in eiuſmodi pari lucrū fieri putabat:immortalē vero quęſtū,ſi vterq; cecidiſſet.ſed ille tn̄ agebat aliqd,tuebatur auctoritatē ſummi viri:erat ipſe ſceleratus,erat gladiator:cū ſcelerato tn̄ & cū pari gladiatore pugnabat.tu ſcilicet homo religioſus,& ſanctus,fœdus,qđ meo ſanguine in pactiōe ꝓuinciarū iceceras,frangere noluiſti.cauerat enim ſibi ille ſororiꝰ adulter,vt ſi tibi ꝓuinciam,ſi exercitū,ſi pecuniā ereptā ex Reip.viſceribꝰ dediſſet,omniū ſuoꝝ ſcelerū ſociū te,adiutorem q; præberes.itaq; in illo tumultu fracti faſces,ictus ipſe:quotidie tela,lapides,fugæ:dep̄hēſus deniq; cū ferro ad Senatū is,quē ad Cn.Pompeiū interimendū collocatū fuiſſe cōſtabat.Et qs audiuit nō modo actionē aliquā,aut relationē,ſed vocem oīno,aut querelā tuā? Cōſulem tu te fuiſſe putas?cuius in imperio,qui Remp.Senatus auctoritate ſeruarat:ideq; in Italia q oīs omniū gentiū partes tribus triumphis deuinxerat:is ſe in publico tuto ſtatuit eſſe nō poſſe.

Conſul qs dicendus.

Seplaſia.

*

Laniſta.

Sororius adulter.

Ad ſenatū dep̄henſus

Referre ad Senatum.

An tum eratis Cōſules:cū quacūqꝫ de re verbum facere cœperatis,aut referre ad Senatum,
cunctus ordo reclamabat?oſtendebatqꝫ nihil eſſe vos acturos,niſi prius de me retuliſſetis?cū
vos q̄q̄ fœdere obſtricti tenebamini,tamen cuꝑe vos diceretis,ſed lege īpediri.quæ lex pri-
uatis hominibus,eſſe lex non videbat̃,inuſta per ſeruos,inciſa ꝑ vim, impoſita ꝑ latroci-
nium,ſublato Senatū,pulſis e foro bonis omnibus,capta Rep.contra omnes leges,nullo ſcri
pta more:hanc q ſe metuere dicerent,Conſules,nō dicam animi hominū , ſed faſti vlli ferre
poſſunt?Nam ſi illam legem nō putabatis,quæ erat,cōtra oēs leges, indemnati ciuis,atqꝫ in
tegri capitis,bonorūqꝫ tribunitia proſcriptio:hac tamen obſtricti pactione tenebamini:quis
vos nō modo Conſules,ſed liberos fuiſſe putet?quorū mens fuerit oppreſſa præmio,lingua
aſtricta mercede?Sin illā vos ſoli legē putabatis,quiſq̄ vos conſules tūc fuiſſe,aut nūc eē Cō
ſulares putet:qui eius ciuitatis,in qua in principū numero vultis eſſe,non leges,non inſtitu
ta,non mores,non iura noritis?An cū proficiſcebamini paludati in prouincias vel emptas,
vel ereptas:cōſules vos quiſq̄ putauit?Itaqꝫ credo,ſi minus frequētia ſua veſtrū egreſſum or
nando,atqꝫ celebrando:at ominibus ſaltem bonis,vt conſules,nō triſtiſſimis,vt hoſtes aut ꝓ
ditores ꝑſequebant̃. Tu ne etiam immaniſſimū ac fœdiſſimum monſtrum auſus es meum
diſceſſum illū teſtem ſceleris,& crudelitatis tuę,maledicti & contumelię loco ponere?Quo q
dē tempore cepi P.C.fructū immortalē veſtri in me & amoris & iudicii:qui non admurmu-
ratione,ſed voce,& clamore,abiecti hominis,& ſemiuiui furorem petulātiamqꝫ fregiſtis. Tu
luctum Senatus,tu deſideriū equeſtris ordinis,tu ſqualorē Italiæ,tu curiæ taciturnitatē an
nuā,tu ſilētiū ꝑpetuū iudiciorū,ac fori,tu cætera illa in maledicti loco pones,q̄ meus diſceſ-
ſus Reip.vulnera inflixit?q ſi calamitoſiſſimꝰ fuiſſet,tñ miſericordia dignior,q̄ cōtumelia:&
cū gloria potiꝰ eſſe cōiūctꝰ,q̄ cū ꝓbro putaret̃:atqꝫ ille,dolor meꝰ dūtaxat,veſtrū qdē ſcelus,
ac dedecus haberet̃. Tū vero forſitan hoc,qđ dicturꝰ ſū,mirabile auditu eſſe videat̃,ſed cer
te id dicā,qđ ſentio.Cū tantis a vobis P.C.beneficiis affectus ſim,tantis honoribus:non mo
do illam calamitatem eſſe nō duco,ſed ſi qd mihi poteſt a Rep.eſſe ſeiunctum,qđ vix pōt,pri
uatim ad meum nomen augendū:optandam duco mihi fuiſſe illam,expetēdamqꝫ fortunam.
Atqꝫ vt tuū lętiſſimum diem cū triſtiſſimo meo cōferam,vtrū tandem bono viro & ſapienti
optabilius putas,ſic exire a patria,vt omnes ſui ciues ſalutem,incolumitatem,reditū ꝓcent̃,
qđ mihi accidit:an qđ tibi proficiſcenti euenit,vt omnes execrarentur,male ꝓcarent̃, vnā ti
bi illam viam & perpetuam eſſe vellent?mihi mediuſfidius in tanto omnium mortaliū odio
iuſto præſertim & debito,quæuis fuga potius,q̄ vlla prouincia eſſet optatior.Sed ꝑge por
ro.nam ſi illud meū turbulentiſſimū tēpus profectionis,tuo tranquilliſſimo præſtat,quid cō
feram reliqua?quæ in te dedecoris plena fuerunt,in me dignitatis?Me Calendis Ian.qui dies
poſt obitum occaſumqꝫ noſtrum Reip.primus illuxit,frequentiſſimus Senatus,cōcurſu Ita-
liæ,referente clariſſimo,atqꝫ fortiſſimo viro P.Lentulo,cōſentiente populo Ro.atqꝫ vna vo-
ce reuocauit.me idem Senatus exteris nationibus,me legatis,magiſtratibuſqꝫ noſtris aucto-
ritate ſua conſularibus literis,non vt tu nuꝑ dicere auſus es,orbatum patria,ſed vt Sena-
tus illo ipſo tempore apꝑllauit,ciuem conſeruatorem Reip.commendauit.ad meam vnius
ſalutem Senatus auxilium omnium ciuium cuncta ex Italia,qui Remp.ſaluā eſſe vellent,Cō
ſulis voce & literis implorandum putauit.mei capitis ſeruādi cauſa Romā vno tēpore qua-
ſi ſigno dato Italia tota cōuenit.de mea ſalute P.Lētuli ꝓſtātiſſimi viri,atqꝫ optimi Cōſulis,
Cn.Pompeii clariſſimi,atqꝫ inuictiſſimi ciuis,cæterorumqꝫ principum celeberrimę & gratiſ-
ſimæ conciones fuerunt.de me Senatus ita decreuit,Cn.Pompeio auctore,& eius ſententiæ
principe,vt ſi quis impediſſet reditum meum,in hoſtium numero putaretur:hiſqꝫ verbis ea
de me Senatus auctoritas declarata eſt,vt nemini ſit triumphus honorificentius, q̄ mihi ſa
lus reſtitutioqꝫ perſcripta.de me,cum omnes magiſtratus promulgaſſent,præter vnum Prę

De lapide empti.

torem,a quo non fuit poſtulandum , fratrem inimici mei , præterqꝫ duos de lapide emptos
Tribunos plebis:legem comitiis Centuriatis tulit P.Lentulus conſul de Collegæ Q.Metel-
li ſententia:quem mecum eadem Reſpub.quæ in Tribunatu eius diſiunxerat , in Conſulatu
virtute optimi,ac iuſtiſſimi viri,ſapientiaqꝫ coniunxit.Quę lex quemadmodum accepta ſit,
quid me attinet dicere?ex vobis audio nemini ciui vllam,quo minus adeſſet,ſatis iuſtam ex-
cuſationem eſſe viſam:nullis comitiis vnq̄ multitudinem hominum tantā neqꝫ ſplendidiorē
fuiſſe.hoc certe video,qđ indicant tabulæ publicæ,vos rogatores,vos diſtributores,vos cu-
ſtodes fuiſſe tabularum:& quod in honoribus veſtrorum propinquorum nō facitis, vel ęta

tis excuſatiõe,vel honoris,id in ſalute mea nullo rogãte vos veſtra ſpõte feciſtis.Cõfer nũc
Epicure noſter ex hara ꝓducte,nõ ex ſchola,confer,ſi audes,abſentiã tuã,cũ mea. Obtinuiſti
ꝓuĩciã Cõſularẽ finibꝰ iis,quos lex cupiditatis tuę,nõ quos lex generi tui pepigerat. nã lege
Cęſaris iuſtiſſima,atq; optima,populi liberi,plane & vere erãt liberi:lege aũt ea,quã nemo le
gẽ ꝓter te,&Collegã tuũ putauit,oĩs erat tibi Achaia,Theſſalia,Athenæ,cũcta Gręcia addi
cta.habebas exercitũ tãtũ,quãtũ tibi nõ Senatꝰ,aut ppl'us Ro.dederat,ſed quãtũ tua libido
cõſcripſerat.ærariũ exhauſeras.Quas res geſſiſti ĩ Imꝑio,exercitu,ꝓuĩcia cõſulari? quas res
geſſerit quęro?qui vt venit ſtatim,nõdũ cõmemoro rapinas,nõdũ exactas ꝑcunias, non ca-
ptas,nõ imꝑatas:non neces ſociorũ,nõ cædẽ hoſpitũ,nõ ꝑfidiã,nõ immanitatẽ, non ſce-
lera prædico:mox,ſi videbitur,vt cũ fure,vt cum ſacrilego, vt cũ ſicario diſputabo:nũc meã
ſpoliatã fortunã cõferam cũ florẽte fortuna imꝑatoris.Quis vnq̄ prouinciã cũ exercitu ob
tinuit,qui nullas ad Senatũ literas miſerit?tantã vero ꝓuinciã cũ tanto exercitu,Macedoniã
ꝓſertim,q̄ tantis barbaroꝝ gentibus attingit̃,vt ſemꝑ Macedonibꝰ imꝑatoribꝰ iidem fines Attingitur
ꝓuinciæ fuerint,qui gladioꝝ atq; pilorũ.ex qua aliquot Prætorio Imꝑio,Conſularis quidẽ
nemo rediit,q incolumis fuerit,qui nõ triũpharit.eſt hoc nouũ.multo illud magis.appella-
tus eſt hic vulturius illius prouincię(ſi diis placet)Imꝑator.ne tum quidẽ Paule noſter ta
bulas Romã cũ laurea mittere audebas?miſi inquit.quis vnq̄ recitauit?quis vt recitarentur,
poſtulauit?nihil em̃ mea refert,vtrũ tu cõſciẽtia oppreſſus ſcelerũ tuoꝝ nihil vnq̄ auſus ſis
ſcribere,ad eũ ordinẽ,quẽ deſpexeras,quẽ afflixeras,quẽ deleueras:an amici tui tabulas abdi-
derint,iidẽq; ſilẽtio ſuo temeritatẽ atq; audaciã tuã cõdemnarint.Atq; haud ſcio an malim
te videri nullo pudore fuiſſe in literis mittendis,an amicos tuos plus habuiſſe & pudoris &
cõſilii,q̄ aut te videri pudẽtiorẽ fuiſſe q̄ ſoles,aut tuũ factũ non eſſe cõdemnatũ iudicio ami
corũ. Q; ſi nõ tuis nefariis in hũc ordinẽ cõtumeliis,in ꝑpetuũ tibi Curiã ꝓcluſiſſes,qd tã
dem erat actũ,aut geſtũ in illa ꝓuincia,de quo ad Senatũ cũ gratulatione aliqua ſcribi abs te
oporteret?vexatio Macedoniæ?an oppidorum turpis amiſſio?an ſociorũ direptio ? an agro-
rum depopulatio?an munitio Theſſalonicę?an obſeſſio militaris viæ?an exercitus noſtri in-
teritus,ferro,fame,frigore,peſtilentia?Tu vero qui ad Senatũ nihil ſcripſeris, vt in vrbe ne-
quior inuẽtus es,q̄ Gabiniꝰ,ſic in ꝓuincia paulo tamen q̄ ille demiſſior.nam ille gurges atq;
helluo natus abdomini ſuo,nõ laudi,atq; glorię:cũ Equites Ro.in prouincia,cũ publicanos Helluo na-
nobiſcũ & volũtate,& dignitate cõiũctos,oẽs fortunis,multos fama,vitaq; priuaſſet: cũ egiſ tus abdo-
ſet aliud nihil in illo exercitu,niſi vt vrbes depopularet̃,agros vaſtaret, exhauriret domos: mini.
auſus eſt,quid enim ille nõ auderet?a Senatu ſupplicationem ꝑ literas poſtulare.O dii ĩmor
tales,tu ne etiã,atq; adeo vos geminæ voragines,ſcopuliq; Reip.vos meã fortunã deprimi- Scopuli rei
tis?veſtrã extollitis?cũ de me ea ſenatuſcõſulta abſente facta ſint,eæ cõciones habitę,is motꝰ pub.
fuerit municipiorũ & coloniarũ omniũ,ea decreta publicanorũ,ea collegiorũ,ea deniq; gene
rũ,ordinũq; omniũ,quæ ego non modo optare nunq̄ auderẽ,ſed cogitare nõ poſſem:vos au
tem ſempiternas fœdiſſimę turpitudinis notas ſubieritis.An ego,ſi te & Gabiniũ cruci ſuffi
xos viderẽ,maiore afficerer lætitia ex corporis veſtri laceratione,q̄ afficior ex infamia?nullũ Suppliciũ
eſt ſuppliciũ putandũ,quo affici caſu aliquo etiã boni viri forteſq; poſſunt. Atq; hoc quidẽ nõ putan-
etiã iſti tui dicũt voluptarii græci:quos vtinã ita audires,vt erãt audiẽdi:nunq̄ te in tot fla dũ quo affi
gitia ingurgitaſſes.verũ audis in præſepibꝰ,audis in ſtupris,audis in cibo , & vino.ſed dicũt ci caſu bo-
ipſi,q mala dolore,bona voluptate definiũt.Sapientem,etiã ſi in Phalaridis tauro incluſus, ni poſſint.
ſuccẽſis ignibus torreat̃,dicturũ tñ,ſuaue illud eſſe,ſeſeq; ne tantulũ qdẽ cõmoueri. tãtã vir
tutis eſſe vim voluerũt,vt nõ poſſet vnq̄ eſſe vir bonus,non beatus.quæ eſt igit̃ pœna?quod Vir bonus
ſuppliciũ?id mea ſententia,qd accidere nemini poteſt,niſi nocenti,ſuſcepta fraus,imꝑdita & ſemꝑ beatꝰ
oppreſſa mens cõſcientia,bonorũ omniũ odiũ,nota iuſti Senatus,amiſſio dignitatis.Nec mi
hi ille,M.Regulus,quẽ Carthaginenſes reſectis palpebris,illigatũ in machina,vigilãdo neca- Reguli
uerũt,ſupplicio videt̃ affectꝰ:nec C.Marius,quẽ Italia ſeruata ab illo,demerſum in Mintur- mors.
nẽſiũ paludibꝰ,Aphrica deuicta ab eodẽ,expulſũ & naufragũ vidit.fortunæ em̃ iſta tela ſũt,
non culpæ.ſupplicium autẽ eſt pœna peccati.neq; vero ego ſi vnq̄ vobis mala ꝓcarer,quod
ſæpe feci,in quo dii immortales meas ꝓces audiuerunt: morbum,aut mortem, aut cruciatũ
ꝓcarer. Thyeſtea iſta execratio eſt,poetæ vulgi animos nõ ſapientũ mouentis.vt tu naufra- Thyeſtea
gio expulſus vſpiã ſaxis fixus aſꝑris euiſceratus latere pẽderes(vt ait ille)ſaxa ſpargens ta- execratio.
bo ſanie ſanguine atro . Non ferrem om̃ino moleſte,ſi ita accidiſſet:ſed id tñ eſſet humanũ,

M.Marcellus,ꝗ ter Cõſul fuit,ſũma virtute,pietate,gloria militari,ꝑiit in mari.ꝗ tñ ob vir
tutẽ,glorię laude viuit.in fortuna quadã eſt illa mors,nõ pœna putãda. quæ eſt igiť pœna?
qđ ſuppliciũ?quę ſaxa?quæ cruces?Ecce duos duces in ꝓuinciis populi Ro.habere exercitus,
appellari Imꝑatores:horũ alterũ ſic fuiſſe infirmatũ conſcientia ſcelerũ,& fraudũ ſuarũ,vt
ex ea ꝓuincia,quę fuerit ex omnibꝰ vna maxime triũphalis,nullas ſit ad Senatũ literas mit-
tere auſus.ex qua prouincia modo vir omni dignitate ornatiſſimus L.Torquatꝰ magnis re
bus geſtis me referẽte abſens Impator ſit appellatus:vnde his paucis annis Cn.Dolabellæ,C.
Curionis,M.Luculli iuſtiſſimos triũphos vidimus,ex ea te Imꝑatore nuncius ad Senatum
allatus eſt nullus.Ab altero allatę literę,recitatę,relatũ ad Senatũ.dii immortales id ne ego
optarẽ?vt inimicus meus,ea,qua nemo vnꝗ̃,ignominia notaretᷣ?vt Senatus is,qui in eã iam
benignitatis cõſuetudinẽ venit,vt eos,ꝗ bene Remp.geſſerint,nouis honoribꝰ afficiat,& nu
mero dierũ,& genere verboꝝ:huius vnius literis nũciãtibus non crederet?poſtulantibus de
negaret?His ego rebus paſcor,his delector,his ꝑfruor:ꝙ de vobis hic ordo opinatur,non ſe
cus ac de teterrimis hoſtibus:ꝙ vos Equites Romani,ꝙ cęteri ordines,ꝙ cũcta ciuitas odit:
ꝙ nemo bonus,nemo deniqꝫ ciuis eſt,ꝗ mõ ſe ciuẽ eſſe meminerit,ꝗ vos nõ oculis fugiat,au-
ribus reſpuat,animo aſꝑnetᷣ,recordatione deniqꝫ ipſa cõſulatus veſtri ꝑhorreſcat.Hęc ego
ſemp de vobis expꝰtiui,hęc optaui,hęc ꝓ̃catus ſum.plura etiã acciderũt,ꝗ̃ vellẽ.nã vt amit-

Pręter optatum.

teretis exercitũ,nunꝗ̃ mehercule optaui.illud etiã accidit ꝓ̃ter optatũ meũ,ſed valde ex vo
luntate.mihi em̃ non venerat in mentem furorem & inſaniã optare vobis,in quã incidiſtis.
atqui fuit optandũ.me tamen fugerat deorũ immortaliũ has eſſe in impios & conſceleratos
pœnas certiſſimas cõſtitutas.nolite.n.putare P.C.vt in ſcena videtis,homines cõſceleratos

Furiæ impiorum.

impulſu deorũ terreri furiarũ tædis ardẽtibꝰ:ſua quenqꝫ fraus,ſuũ facinus,ſuũ ſcelus,ſua au
dacia de ſanitate ac mente deturbat.hæ ſunt impiorũ furię,hę flammæ,hę faces. ego te non
vecordem,nõ furioſum,nõ mente captũ,nõ tragico illo Horeſte aut Athamante demẽtiorẽ
putem?qui ſis auſus primũ facere:nã id eſt caput:deinde paulo ante Torquato grauiſſimo,&
ſanctiſſimo viro premente cõfiteri,te prouinciã Macedoniã,in quã tantũ exercitũ tranſpor-
taſſes,ſine vllo milite reliquiſſe?Mitto de amiſſa maxima parte exercitus:ſit hoc infelicitatis
tuę.dimittẽdi vero exercitus quã potes afferre cauſam?quã poteſtatẽ habuiſti?quã legem?qđ

Furere.

Senatuſconſultũ?qđ ius?quod exemplũ?quid eſt aliud furere?niſi non cognoſcere homines,
nõ cognoſcere leges,non Senatum,non ciuitatem.cruentare corpus ſuum?maior hæc eſt vi-
tæ,famæ,ſalutis ſuę vulneratio.ſi familiã tuã dimiſiſſes,qđ ad neminẽ niſi ad ipſum te ꝑti-
neret,amici te tui cõſtringẽdũ putarẽt.pręſidiũ tu populi Romani,cuſtodiã ꝓuincię,iniuſſu

Ecce tibi.

populi Senatuſqꝫ dimiſiſſes,ſi tuę mentis cõpos fuiſſes?Ecce tibi alter effuſa iã maxima ꝓ̃da,

Partim eiꝰ prædæ.

quã ex fortunis publicanorũ,ex agris,vrbibuſqꝫ ſocioꝝ exhauſerat,cũ partim eius prædę ꝓ-
fundę libidines deuoraſſent,partim noua quędã,& inaudita luxuries,partim etiam in illis lo
cis,vbi omnia diripuit,emptiones,partim ꝑmutationes ad hunc Tuſculanum montẽ ex-
truendũ:cũ illa eius immenſa & intolerabilis ædificatio cõſtitiſſet:ſe ipſum,faſcis ſuos,exer-
citum populi Romani,numen interdictũqꝫ deorum immortalium,reſponſa ſacerdotũ,aucto
ritatẽ Senatus,iuſſa populi,nomen,ac dignitatẽ Imꝑii,Regi Aegyptio vẽdidit.cũ finis ꝓ-
uincię tãtos haberet,quãtos voluerat,quãtos optauerat,quãtos mei capitis ꝓ̃cio ꝑiculoqꝫ
emerat:his ſe tenere nõ potuit,exercitũ eduxit ex Syria.ꝗ licuit extra ꝓuiciã?tribuit ſe mer
cenariũ comitem Regi Alexãdrino.quid hoc turpius?In Aegyptũ venit,ſigna cõtulit cum
Alexãdrinis.qñ hoc bellũ aut hic ordo,aut populus ſuſceꝑat?cepit Alexandriã.quid aliud
expectamus a furore eius,niſi vt ad Senatũ tãtis de rebus geſtis literas mittat?hic ſi mẽtis eſ
ſet ſuę,niſi pœnas patrię,diiſqꝫ immortalibus eas,quę grauiſſimę ſunt,furore atqꝫ inſania pẽ
deret,auſus eſſet,mitto exire de prouincia,educere exercitũ,bellũ ſua ſpõte gerere,in regnũ

Lex Cornelia maieſtatis.

iniuſſu populi aut Senatꝰ accedere.quæ cũ plurimę leges veteres,tũ lex Cornelia maieſtatis,
Iulia de ꝑcuniis repetũdis planiſſime vetãt.ſed hęc omitto.ille ſi nõ acerrime fureret,aude-
ret quã ꝓuinciã P.Lentulus amiciſſimꝰ huic ordini,cũ & auctoritate Senatꝰ, & ſorte habe-

Lex Iulia repetundarũ.

ret,interpoſita religione ſine vlla dubitatione depoſuiſſet,eã ſibi tũ adſciſcere,cũ etiã ſi reli-
gio nõ impediret,mos maioꝝ tñ,& exẽpla,& grauiſſimę legũ pœnę vetarẽt?Sed qm̃ fortuna
rũ cõtentionẽ facere cœpimus,de reditu Gabinii omittamus:quẽ,etſi ſibi ipſe præcidit,ego
tamen os vt videam hominis expecto.tuũ ſi placet reditum cum meo conferamus. At meus

Perpetuũ agmen.

quidem is fuit,vt a Brunduſio vſqꝫ Romam agmen ꝑpetuum totius Italiæ viderem.neqꝫ

enim regio fuit vlla,neq; municipiũ,neq; p̃fectura,aut colonia,ex qua non publice ad me ve-
nerint gratulatũ.quid dicã aduẽtus meos?quid effuſiones hominũ ex oppidis?quid concur-
ſum ex agris patrũfamilias cũ cõiugibus ac liberis?quid eos dies,qui quaſi deoꝝ immorta-
liũ, feſti,atq; ſolennes ſunt aduẽtu meo,redituq; celebrati?vnus ille dies mihi quidẽ immor
talitatis inſtar fuit,quo in patriã redii:cũ Senatũ egreſſum vidi,populũq; Romanũ vniuer-
ſum:cũ mihi ipſa Roma propę cõuulſa ſedibus ſuis ad cõplectẽdũ cõſeruatorẽ ſuũ procede-
re viſa eſt.quæ me ita accepit,vt nõ modo omniũ generũ,ętatũ,ordinũ oẽs viri,ac mulieres
omnis fortunę ac loci,ſed etiã mœnia ipſa viderent,& tecta vrbis ac tẽpla lętari.Me cõſequẽ
tibus diebus in ea ipſa domo,qua tu me expuleras,quã expilaras,quã incenderas, Põtifices,
Conſules,Patres cõſcripti collocauerũt,mihiq;(qđ ante me nemini) pecunia publica ædificã
dã domũ cẽſuerũt.Habes reditũ meũ.confer nũc viciſſim tuũ,quandoquidẽ amiſſo exercitu
nihil incolume domũ,pręter os illud priſtinũ tuũ retuliſti.qui primũ qua veneris cũ laurea-
tis tuis lictoribꝰ quis ſcit?quos tu Męandros,dũ oẽs ſolitudines perſequeris,quæ diuerticu-
la,flexioneſq;,quæſiſti?qđ te municipiũ vidit?quis amicus inuitauit?quis hoſpes aſpexit?non-
ne tibi nox erat pro die?nõ ſolitudo pro frequẽtia?caupona pro oppido?nõ vt redire ex Ma
cedonia nobilis Imperator,ſed vt mortuꝰ infamis referri videret.Romam vero ipſam,fœda-
uit aduentus tuus:O familię nõ dicam Calphurnię,ſed Caluentię,neq; huius vrbis,ſed Pla-
centini municipii,neq; paterni generis,ſed brachatæ cognationis dedecus,quẽadmodũ veni
ſti?quis tibi,non dicam horum,aut ciuiũ cæterorum,ſed tuorum legatorũ obuiã venit?me-
cum enim tũ L.Flaccus vir tua legatione indigniſſimus,atq; iis conſiliis , quibus mecum in
cõſulatu meo coniũctus fuit,ad cõſeruandam Remp.dignior,mecum fuit, tum cũ te q̃dam
non longe a porta cũ lictoribus errantem viſum eſſe narrabat.ſcio item virũ fortem in pri-
mis belli ac rei militaris peritũ familiarem meũ Q.Martiũ:quorum tu legatorum pręlio Im
perator appellatus eras,cum longe abfuiſſes:aduentu iſto tuo domi fuiſſe otioſum.Sed quid
ego enumero qui tibi obuiã nõ venerit?qui dico veniſſe pene neminem, ne de officioſiſſima
quidẽ natione candidatorum,cũ vulgo eſſent & illo ipſo,& multis ante diebus admoniti &
rogati.Togulę lictoribus ad portã pręſto fuerũt: quibus illi acceptis,ſagula reiecerũt, & ca-
teruam Imperatori ſuo nouã præbuerũt.ſic iſte tanto exercitu,tanta prouincia,triẽnio poſt
Macedonicus Imperator in vrbem ſe intulit:vt nullius negotiatoris obſcuriſſimi reditꝰ vñq̃
fuerit deſertior.in quo me tamen,qui eſſet paratus ad ſe defendendum,reprehendit. cũ ego
Cęlimontana porta introiſſe dixiſſem,reſponſione me mimica Eſquilina introiſſe hõ prom-
ptiſſimus laceſſiuit.quaſi vero id,aut ego ſcire debuerim,aut veſtrũ quiſpiam audierit , aut
ad rem pertineat,qua tu porta introieris,modo ne Triũphali,quæ porta Macedonicis ſemp
cõſulibus ante te patuit.tu inuentus es,qui cõſulari Imperio præditꝰ ex Macedonia nõ triũ
phares.At audiſtis P.C.philoſophi vocem.negauit ſe triumphi cupidũ vñq̃ fuiſſe.O ſcelus,
O peſtis,O labes: cũ extinguebas Senatũ,vendebas auctoritatẽ huius ordinis,addicebas tri-
buno pl.cõſulatũ tuũ,Remp.euertebas,prodebas caput & ſalutẽ meam vna mercede prouin
ciæ,ſi triũphũ non cupiebas,cuius tandem rei te cupiditate arſiſſe defendes?ſæpe enim vidi,
qui & mihi & cæteris cupidiores prouincię viderent,triũphi nomine tegere atq; velare cu-
piditatẽ ſuã.hoc modo Decimus Syllanus cõſul in hoc ordine,hoc meus etiã Collega dice
bat.neq; eñ q̃ſq̃ poteſt exercitũ cupere,aperteq; petere,vt non p̃texat cupiditatẽ triũphi. Q;
ſi te Senatus populuſq; Ro.aut nõ appetentẽ,aut etiã recuſantẽ,bellũ ſuſcipere,exercitũ du-
cere coegiſſet,tñ erat anguſti animi,atq; demiſſi,triũphi honorẽ,atq; dignitatẽ cõtẽnere.nã
vt leuitatis eſt inanem aucupari rumorẽ,vt oĩs vmbras etiã falſæ glorię cõſectari:ſic leuis ẽ
animi,lucẽ,ſplẽdoreq; fugiẽtis,iuſtã gloriã,q̃ eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimꝰ,repudia-
re.Cũ vero nõ mõ nõ poſtulãte,atq; cogẽte, ſed inuito,atq; oppſſo Senatu,nõ mõ nullo po-
puli Ro.ſtudio,ſed nullo ferẽte ſuffragiũ libero,p̃uincia tibi iſta manu p̃ciũ fuerit nõ euerſę
ꝑ te,ſed ꝑditę ciuitatis:cũq; omniũ tuorũ ſcelerũ hæc pactio extiterit,vt ſi tu totã Rẽp.nefa
riis latronibꝰ tradidiſſes,Macedonia tibi ob eã rẽ,q̃bꝰ tu finibꝰ velles redderet:cũ exhauriẽ-
bas ęrariũ:cũ orbabas Italiã iuuẽtute:cũ mare vaſtiſſimũ hyeme trãſibas:ſi triũphũ cõtẽne-
bas,q̃ te p̃do amẽtiſſime,niſi p̃dę,ac rapinarũ cupiditas tã cęca rapiebat? Nõ eſt integrũ Cn.
Pompeio conſilio iam vti tuo.errauit enim,non guſtarat iſtam tuam philoſophiam,ter iam
homo ſtultus triũphauit.Craſſe pudet me tui.q̃d eſt,ꝙ cõfecto formidoloſiſſimo bello,coro
nã illã laureã tibi tãtope decerni volueris a Senatu?P.Seruili,Q.Metelle,C.Curio,P.Aphri

*Marginalia:* Inſtar immortalitatis. — Męandri. — Caupona. — ✱ — Natio candidatorum officioſiſſima. — Porta triũphalis. — ” ” ” ” — Manu p̃ciũ

cane,cur nõ hũc audiſtis tã doctũ hominem,tã eruditũ,prius q̃ in iſtum errorẽ induceremi-
ni? C.ipſi Pontino neceſſario meo iam non eſt integrum:religionibus enim ſuſceptis impe-
dit.O ſtultos Camillos,Curios,Fabricios,Calatinos,Scipiones,Marcellos,Maximos:o amen
tẽ Paulũ,ruſticũ Mariũ,nullius cõſilii patres iſtorũ amborũ cõſulũ,qui triumpharũt.Sed quo
Homulus. niã pręterita mutare nõ poſſumus,quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicu-
reus,dare hæc pręclara præcepta ſapientię clariſſimo & ſummo Imperatori genero ſuo? fert
ille vir mihi crede gloria:flagrat,ardet cupiditate iuſti & magni triũphi:nõ didicit eadẽ iſta
quæ tu.mitte ad eũ libellũ:ſed iã ſi ipſi corã cõgredi poteris , meditare quibꝰ verbis incẽſam
illius cupiditatẽ cõprimas,atq; reſtinguas.valebis apud hominẽ volitantẽ glorię cupiditate
vir moderatus & conſtans,apud indoctũ eruditus,apud generũ ſocer.dices eñ,vt es homo
facetus , ad perſuadendum concinnus,perfectus,politus e ſchola.quid eſt Cęſar,ꝙ te suppli-
cationes toties decretę,tot dierũ,tantopere delectent?in quibus homines errore ducuntur,
quas dii negligũt,qui (vt noſter ille diuinus dixit Epicurus)neq; propitii cuiq̃ eſſe ſolẽt,ne
q; irati.Non facies fidẽ ſcilicet cũ hæc diſputabis.tibi eñ & eſſe & fuiſſe deos videbis iratos.
vertes te ad alterã ſcholam,differes de triumpho.quid tandem habet iſte currus?quid vincti
ante currum duces?quid ſimulacra oppidorum?quid aurum?quid argẽtũ?quid legati in eqs
& tribuni?quid clamor militũ?quid tota illa pompa?inania ſunt iſta mihi crede,delectamen-
ta pene puerorum,captare plauſus,vehi per vrbem,conſpici velle.quibus ex rebus, nihil eſt
qđ ſolidum tenere,nihil qđ referre ad voluptatem corporis poſſis.Quin tu me vides,qui ex
qua ꝓuincia T.Flaminius,L.Paulus,Q.Metellus,T.Didius,innumerabiles alii,leui cupidita
te commoti triumpharunt,ex ea ſic redii,vt ad portam Eſquilinam Macedonicã lauream cõ
culcarim:ipſe cũ hominibus quindecim male veſtitis ad portam Cęlimontanã ſitiens ꝑuene
rim:quo in loco,mihi libertꝰ ꝓclaro Imperatori domũ ex hac die biduo ante cõduxerat:quæ
vacua ſi nõ fuiſſet,in campo Martio mihi tabernaculum collocaſſem . Nũmus interea mihi
Cæſar neglectis vehiculis triũphalibus domi manet,& manebit.rationes ad ęrariũ retuli cõ
tinuo,ſicut tua lex iubebat:neq; alia vlla in re legi tuæ parui.quas rationes ſi cognoris,ĩtelli
ges nemini plus q̃ mihi literas profuiſſe . ita eñ ſunt perſcriptę ſcite,& literate,vt ſcriba,ad
ærarium qui eas retulit,perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans,cõ-
Plautus in murmuratꝰ ſit.Ratio quidem hercle apparet,argentum οἴχεται.Hac tu oratione non dubi
Trinũmo. to,quin illum iam aſcendentem in currum poſſis reuocare.O tenebrę,O lutum,O ſordes,O
paterni generis oblite,materni vix memor:ita neſcio quid iſtuc fractum,humile, demiſſum,
L.Craſſus ſordidũ,inferius etiam eſt,q̃ vt Mediolanẽſi ꝓcone auo tuo dignum eſſe videatur.L.Craſſus
ſpiculis ꝓ- homo ſapientiſſimus noſtrę ciuitatis,ſpiculis prope ſcrutatꝰ eſt Alpes:vt vbi hoſtis nõ erat,
pe ſcrutatꝰ ibi triumphi cauſam aliquã quæreret.eadẽ cupiditate vir ſummo ingenio præditus C.Cot-
Alpes. ta nullo certo hoſte flagrauit.eorum neuter triumphauit,ꝙ alteri illum honorem collega,
alteri mors ademit.Irriſa eſt abs te paulo ante M.Piſonis cupiditas triũphandi,a qua te lon
ge dixiſti abhorrere.qui etiam ſi minus magnum bellum geſſerat,vt abs te dictum eſt,tñ iſtũ
honorem contemnendum non putauit.Tu eruditior q̃ Piſo,prudentior q̃ Cotta,abũdãtior
Idiotæ. cõſilio,ingenio,ſapientia,q̃ Craſſus,ea contemnis,quæ illi idiotæ,vt tu appellas,ꝓclara duxe
runt.Q; ſi reprehendis ꝙ cupidi laureę fuerint,cũ bella aut parua aut nulla geſſiſſent,tu tã
tis nationibus ſubactis,tantis rebus geſtis,minime fructum laborum tuorum,præmia pericu
* lorũ,virtutis inſignia contẽnere debuiſti.neq; vero cõtempſiſti,licet Themiſta ſapiẽtior,ſi os
tuũ ferreũ Senatus conuitio verberare noluiſti.Iam vides,quãdoquidẽ ita mihimet fui ini-
micus,vt me tecũ cõpararẽ:& digreſſum meũ,& abſentiam,& reditũ ita lõge tuo præſtitiſſe,
vt mihi illa oĩa immortalẽ gloriã dederint,tibi ſempiternã turpitudinẽ inflixerint. nũc etiã
in hac quotidiana,aſſidua,vrbanaq; vita ſplendorẽ tuũ,gratiã,celebritatẽ domeſticã , operã
Infirmiſſi- forenſem,cõſiliũ,auxiliũ,auctoritatẽ,ſentẽtiã ſenatoriã nobis,aut verius dicam,cuiq̃ es infir
mus. miſſimo ac deſperatiſſimo antelaturus? Age Senatꝰ odit te,qđ eũ tu facere iure cõcedis,affli-
Deſperatiſ- ctorẽ,& ꝑditorẽ nõ mõ dignitatis & auctoritatis,ſed oĩno ordinis,ac noĩs ſui:videre Eqtes
ſimus. Ro.nõ poſſunt,quo ex ordine vir præſtantiſſimꝰ L.Elius eſt te Conſule relegatus:plebs Ro-
mana perditũ cupit,in cuius tu infamiã ea,q̃ per latrones,& p ſeruos de me egeras,cõtuliſti:
Italia cũcta execrat̃,cuius idẽ tu ſuperbiſſime decreta & ꝓces repudiaſti. fac huius odii tãti,
Fac ꝑiculũ. ac vniuerſi periculũ ſi audes.inſtant poſt hominũ memoriã paratiſſimi , magnificentiſſimiq;
ludi:quales nõ modo nunq̃ fuerunt,ſed ne quomodo fieri quidem poſthac poſſint,poſſum

vllo pacto ſuſpicari.Da te populo,committe ludis. ſibilũ metuis?vbi ſunt veſtrę ſcholę?ne ac
clamet?ne id q̄dẽ eſt curare philoſophi.manus tibi ne afferant,times.dolor enim eſt malũ,vt
diſputas:exiſtimatio,dedecus,infamia,turpitudo,verba ſunt,atq; ineptiæ.ſed de hoc nõ du-
bito,nõ audebit accedere ad ludos.cõuiuiũ publicũ non dignitatis cauſa inibit:niſi forte,vt
cũ P.Clodio hoc eſt comptoribus ſuis cœnet.ſed plane animi ſui cauſa ludos nobis idiotis
relinquet.ſolet in diſputationibꝰ ſuis oculorũ,& auriũ delectatiõi,abdominis voluptates an
teferre. nam ꝙ vobis iſte tantũmodo improbus,crudelis olim furunculus,nũc vero etiã ra
pax,ꝙ ſordidus,ꝙ contumax,ꝙ ſuperbus,ꝙ fallax,ꝙ perfidioſus,ꝙ impudens,ꝙ audax eẽ vi
deatur,nihil ſcitote eſſe luxurioſiꝰ,nihil libidinoſius,nihil poſterius,nihil nequius.luxuriã
autem in iſto nolite hanc cogitare:eſt enim quędã,q̄q̄ omnis eſt vitioſa,atq; turpis,tñ inge-
nuo,ac libero dignior.nihil apud hũc lautũ,nihil elegans,nihil exquiſitũ(laudabo inimicũ)
ne magnopere quidem quicq̃ præter libidines ſumptuoſum.Toreuma nullum,maximi cali-
ces:& hi,ne contemnere ſuos videat,Placentini: extructa menſa non conchyliis aut piſcibꝰ,
ſed multa carne ſubrancida.ſerui ſordidati miniſtrant, nonnulli etiam ſenes:idem coquus,
idem atrienſis:piſtor domi nullus,nulla cella,panis & vinum a propola,atq; de cupa: Græci
ſtipati,quini in lectulis,ſæpe plures,ipſe ſolus,bibiturus quæ eodem de ſolio miniſtrent.vbi
galli cantũ audiuit,auum ſuum reuixiſſe putat,menſam tolli iubet . Dicet aliquis vnde tibi
hæc nota ſunt?non mehercule cõtumelię cauſa deſcribam quenq̃,præſertim ingenioſum ho
minem,atq; eruditũ.cui generi eſſe ego iratus,ne ſi cupiam quidem,poſſum.Eſt quidam græ
cus,qui cũ iſto viuit,homo,vere vt dicam,ſic enim cognoui,humanus,ſed tãdiu,q̃diu cum
aliis eſt,aut ipſe ſecũ.is cum iſtum adoleſcentem iam tũ cũ hac diis irata fronte vidiſſet,non
fugit eius amicitiam,cũ eſſet præſertim appetitus:dedit ſe in conſuetudinem,ſic,vt prorſus
vna viueret,nec fere ab iſto vnq̃ diſcederet.non apud indoctos,ſed vt ego arbitror, in homi
nũ eruditiſſimorũ,& humaniſſimorũ cœtu loquor.audiſtis profecto dici, philoſophos Epi-
cureos omnis res,quę ſunt homini expetendę,voluptate metiri.recte an ſecus, nihil ad nos:
aut ſi ad nos,nihil ad hoc tempus.ſed tamen lubricum genus orationis,adoleſcenti nõ acri
ter intelligenti ſæpe præceps.itaq; admiſſarius iſte ſimulatq; audiuit a philoſopho volupta
tẽ tantopere laudari,nihil expiſcatus eſt:ſic ſuos ſenſus voluptarios omnis incitauit,ſic ad il
lius hanc orationẽ adhinniit,vt non magiſtrum virtutis,ſed auctorem libidinis a ſe illũ in-
uentũ arbitraret.Grecus primo diſtinguere,atq; diuidere illa quẽadmodũ dicerent.iſte clau-
dus(quomodo aiunt)pilam retinere:q̄d acceperat teſtificari,tabulas obſignare velle, Epicu
rũ diſertũ decernere:& tamen dictũ opinor,ſe nullũ bonũ intelligere poſſe demptis corporis
voluptatibꝰ.quid multa?græcus facilis,& valde venuſtus,nimis pugnax contra Senatorẽ po
puli Roma.eſſe noluit.eſt autẽ hic,de quo loquor,nõ philoſophia ſolũ,ſed etiã literis,q̄d fe-
re cæteros Epicureos negligere dicũt,perpolitus.Poema porro facit ita feſtiuũ, ita cõcinnũ,
ita elegans,nihil vt fieri poſſit argutius.in quo reprehendat eũ licet,ſi qui volet, modo leui
ter,non vt impurũ,non vt improbũ,non vt audacẽ,ſed vt græculum,vt aſſentatorẽ,vt poe
tam.deuenit,aut potius incidit in iſtũ eodẽ deceptus ſupercilio grecus,atq; aduena,quo tam
ſapiens,& tanta ciuitas.ſe reuocare nõ poterat familiaritate implicatus,& ſimul inconſtãtię
famã verebat:rogatus,inuitatus,coactus,ita multa ad iſtũ de iſto ſcripſit, vt omnes hoĩs li-
bidines,omnia cœnarũ genera,conuiuiorũq;,adulteria eius delicatiſſimis verſibꝰ expreſſerit.
in quibus,ſi quis velit,poſſit iſtius tanq̃ in ſpeculo vitã intueri:ex q̄bus multa a multis lecta
& audita recitarẽ,niſi vererer ne hoc ipſum genus orationis,quo nũc vtor,ab huiꝰ loci mo
re abhorreret.& ſimul de ipſo,q ſcripſit,detrahi nolo.q ſi fuiſſet in diſcipulo cõparãdo me-
liore fortuna,fortaſſe auſterior & grauior eſſe potuiſſet.ſed eũ caſus in hãc cõſuetudinẽ ſcri
bẽdi induxit philoſopho valde indignã:ſiquidẽ philoſophia vt fert virtutis cõtinet,& offi-
cii,& beneviuendi diſciplinam.quã qui profitet,grauiſſimã mihi ſuſtinere perſonã videt.ſed
idem caſus illũ ignarũ quid ꝓfiteret,cũ ſe philoſophũ eſſe diceret,iſtius impuriſſimę ac intẽ
peratiſſimę pecudis cœno & ſordibꝰ inquinauit:qui modo res geſtas Cõſulatus mei cũ lau-
daſſet,quę quidẽ laudatio hominis turpiſſimi mihi ipſi erat pene turpis,non vlla tibi inquit
inuidia nocuit,ſed verſus tui.nimis magna pœna te Cõſule cõſtituta eſt,ſiue malo poetæ,ſi-
ue libero.ſcripſiſti enim verſus.Cedant arma togę.quid tum?hæc res tibi fluctus illos excita
uit.at hoc nuſq̃ opinor ſcriptum fuiſſe in illo elogio,quod te Conſule in ſepulcro Reipub.
inciſum eſt,velitis,iubeatis,vt, nõ ꝙ M.Cicero verſum fecerit,ſed ꝙ vindicarit. Veruntamẽ

Idiotæ.

Furũculus

Caro ſubrã cida.

Panis & vi nũ a propo la,atq; de cupa.

Admiſſariꝰ

Expiſcatus

Adhinnire

Claudus pi lã retinere.

Philoſo- phia.

Elogium.

Ariſtarchꝰ Phalaris.
qm̃ te non Ariſtarchum,ſed Phalarin grammaticum habemus,qui nō notā apponas ad ma
lum verſum,ſed poetam armis perſequare:ſcire cupio quid tandem iſto in verſu reprehen-

Cedant arma togę.
das?Cedant arma togæ.tuæ dicis,inquit,togæ ſummū Imperatorem eſſe ceſſurum.quid nūc
te aſine literas doceam?nō opus eſt verbis,ſed fuſtibus.nō dixi hanc togā,qua ſum amictus,

Toga inſigne pacis & otii:arma belli.
nec arma,ſcutum, & gladium vnius Imperatoris : ſed ꝙ pacis eſt inſigne,& otii toga,con-
tra autem arma tumultus atꝗ belli,more poetarum locutus,hoc intelligi volui:bellū,ac tu
multum paci,atꝗ otio conceſſurum.quære ex familiari tuo Græco illo poeta:probabit genꝰ
ipſum,& agnoſcet,neꝗ te nihil ſapere mirabit̃.At in illo altero inquit hæres.Concedat lau-

Concedat laurea laudi.
rea laudi.Immo mehercule habeo tibi gratiam:hærerem enim,niſi tu me expediſſes.nam cū
tu timidus ac tremens tuis ipſe furaciſſimis manibus detractam cruētis faſcibus lauream ad
portam Eſquilinam abieciſti,indicaſti non modo ampliſſimę, ſed etiam minimę laudi laureā
conceſſiſſe.Atꝗ iſta ratione hoc tamē intelligi ſcelerate vis,Pompeium inimicum mihi iſto
verſu eſſe factum:vt ſi verſus mihi nocuerit,ab eo,quem is verſus offenderit,videatur mi-
hi pernicies eſſe quęſita.Omitto,nihil iſtum verſum pertinuiſſe ad illum:non fuiſſe meū,quē
quantum potuiſſem multis ſæpe orationibus ſcriptiſꝗ decoraſſem,hunc vno violare verſu.

Compenſare cū vno.
Sed ſit offenſus primo,nonne compenſabit cum vno verſiculo tot mea volumina laudū ſua
rum? Qꝫ ſi eſt commotus,ad perniciem ne non dicam amiciſſimi,non ita de ſua laude me-
riti,non ita de Republica,non Conſularis,non Senatoris,non ciuis,non liberi:in hominis ca
put ille tam crudelis propter verſum fuiſſet?tu quidem,tu apud quos,de quo dicas intelli-
gis?cōplecteris ampliſſimos viros ad tuum & Gabinii ſcelus,neꝗ id occulte.nam paulo an-
te dixiſti,me cū iis confligere,quos deſpicerem:non attingere eos,qui plus poſſent,qbus ira-
tus eſſe deberem.quorum quidem:quis enim non intelligit quos dicas?q̄q̄ non eſt vna cauſa

Probata mihi cauſa.
omnium,tamen eſt omniū mihi probata.me Cn.Pompeius multis obſiſtentibꝰ eius erga me
ſtudio,atꝗ amori ſemper dilexit,ſemper ſua cōiunctione digniſſimum iudicauit,ſemper non
modo incolumem,ſed etiā ampliſſimū,atꝗ ornatiſſimum voluit eſſe.veſtrę fraudes,veſtrum
ſcelus,veſtrę criminationes inſidiarū mearū,illius periculorum nefarie fictæ,ſimul eorū , qui

Domiciliū ſermonū in auribꝰ colloc.
familiaritatis licētia,ſuorū improbiſſimorū ſermonū domicilium,in auribꝰ eius impulſu ve
ſtro collocauerūt,veſtrę cupiditates ꝓuinciarū,effecerūt,vt ego excluderer,oēſꝗ q me,q il-
lius gloriā,q Rēp.ſaluā eſſe cupiebāt,ſermone atꝗ aditu prohiberent̃. Quibꝰ rebus eſt perfe
ctum,vt illi plane ſuo ſtare iudicio nō liceret,cū certi hoīes nō ſtudiū eius a me alienaſſent,
ſed auxiliū retardaſſent.Nonne ad te L.Lentulus,qui tū erat Pretor,nō Q.Sanga,nō L.Tor-
quatus pater,nō M.Lucullus venit?qui oēs ad eū multiꝗ mortales oratū in Albanū obſecra
tūꝗ venerant,ne meas fortunas deſereret cū Reip.ſalute coniūctas.quos ille ad te,& ad tuū
collegā remiſit,vt cauſam publicā ſuſciperetis,vt ad Senatū referretis: ſe cōtra armatū Tri-
bunū pl.ſine cōſilio publico decertare nolle,cōſulibꝰ ex S.C.Remp.defendētibꝰ ſe arma ſuſce
pturū.Ecqd infelix recordaris,quid reſpōderis?In quo illi oēs quidē,ſed Torquatus p̄ter cę-
teros furebat cōtumacia reſpōſi tui:te non eſſe tā fortem q̄ ipſe Torquatꝰ in Conſulatu fuiſ
ſet,aut ego:nihil opus eſſe armis,nihil cōtētiōe:me poſſe iterū Remp.ſaluare ſi ceſſiſſem:in-
finitam cędem fore,ſi reſtitiſſem.deinde ad extremū neꝗ ſe,neꝗ generū,neꝗ Collegam ſuū,
tribuno plebis defuturum.hic tu hoſtis ac proditor aliis me inimiciorem q̄ tibi debere eſſe
dicis?Ego C.Cęſarē nō eadem de Rep.ſenſiſſe,quæ me,ſcio:ſed tamen,qđ iā de eo,his audiē-
tibꝰ,ſæpe dixi,me ille ſui totius Conſulatus,eorumꝗ honorum,quos cū ꝓximis cōmunica-
uit,ſociū eſſe voluit,detulit,inuitauit, rogauit.nō ſum ego propter nimiā fortaſſe cōſtātiæ
cupiditatē adductus ad cauſam:non poſtulabam vt ei chariſſimꝰ eſſem,cuius ego beneficiis
quidē ſententiam meā tradidiſſem.Adducta res in certamen te Cōſule putabatur,vtrū quæ
ſuperiore anno ille geſſiſſet,manerent,an reſcinderent̃.quid loquar plura?ſi tātum ille in me
eſſe vno roboris,& virtutis putauit,vt ea,quæ ipſe geſſerat,conciderēt,ſi ego reſtitiſſem,cur
non ignoſcam,ſi antepoſuit ſuam ſalutem meæ?Sed præterita omitto,me vt Cn.Pompeius
omnibus ſuis ſtudiis,laboribus,vitæ periculis cōplexus eſt,cū municipia pro me adiret,Ita-
lię fidem imploraret,P.Lentulo Conſuli auctori ſalutis meę frequēs aſſideret,Senatui ſenten
tiam pręſtaret,in cōcionibus non modo ſe defenſorē ſalutis meę,ſed etiā ſupplicē pro me ꝓfi
teret̃: huius voluntatis eū,quē multū poſſe ītelligebat,mihi nō inimicū eſſe cognorat,ſociū
ſibi & adiutorē C.Cæſarē adiūxit.Iam vides me tibi non inimicū,ſed hoſtē:illis, quos deſcri
bis,non modo non iratum,ſed etiam amicū eſſe debere.quorum alter,id qđ meminero ſemp,

æque mihi fuit amicus,ac ſibi:alter,id qđ obliuiſcar aliqñ , ſibi amicior q̃ mihi.Deinde hoc
ita fit,vt viri fortes,etiam ſi ferro inter ſe comminus decertarint,tamen illud contentionis
odium ſimul cum ipſa pugna armiſq; ponant.Atq; me ille odiſſe nunq̃ potuit,ne tum qui-
dem cum diſſidebamus.habet hoc virtus,quã tu ne de facie quidẽ noſti,vt viros fortes ſpe-
cies eius,& pulchritudo ętiam in hoſte poſita delectet.Equidem dicã ex animo P.C.qđ ſen-
tio,& qđ vobis audientibus ſępe iam dixi.ſi mihi nunq̃ amicus C.Cęſar fuiſſet,ſed ſemp ita
tus:ſi aſpernaretur amicitiam meam , ſeſeq; mihi implacabilem inexpiabilemq; præberet: ta
men ei,cum tantas res geſſiſſet,gereretq; quotidie,non amicus eſſe non poſſem: cuius ego
imperio non Alpium vallum contra aſcẽſum tranſgreſſionemq; Gallorũ,non Rheni foſſam
gurgitibus illis redundantem, Germanorum immaniſſimis gentibus obiicio,& oppono.per
fecit ille,vt ſi montes reſediſſent,amnes exaruiſſent,non naturę pręſidio,ſed victoria ſua re
busq; geſtis Italiam munitam haberemus.ſed cum me expetat,diligat,omni laude dignum
putet,tu me a tuis inimicitiis ad ſimultatem reuocabis?ſic tuis ſceleribus Reip. pręterita fa
cta refricabis?qđ quidem tu,qui bene noſſes coniunctionem meam,& Cęſaris,eludebas,cum
a me trementibus omnino labris,ſed tamen cur tibi nomen non deferrem requirebas.q̃q̃,qđ
ad me attinet,nunq̃ iſtam imminuam curam inficiando tibi:tamen eſt mihi conſiderandum
quantum illi tantis Reip.negotiis,tantoq; bello impedito,ego homo amiciſſimus,ſollicitu-
dinis atq; oneris imponam.nec deſpero tamen,q̃q̃ languet iuuentus,nec perinde atq; debeat
in laudis & glorię cupiditate verſetur,futuros aliquos,qui abiectum hoc cadauer, conſula-
ribus ſpoliis nudare non nolint:pręſertim tam afflicto,tam infirmo,tam eneruato reo: qui
te ita geſſeris,vt timeres,ne indignus beneficio videreris,niſi eius,a quo miſſus eras,ſimilli-
mus extitiſſes. An vero tu parum putas inueſtigatas eſſe a nobis labes imperii tui,ſtrageſq;
prouincię?quas quidem nos non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos,ſed totis volutationi-
bus corporis,& cubilibus perſecuti ſumus.notata a nobis ſunt & prima illa ſcelera in aduẽ-
tu , cũ accepta pecunia a Dyrrhachinis ob necem hoſpitis tui Platoris,eius ipſius domum
euertiſti,cuius ſanguinem addixeras:eumq; ſeruis ſymphoniacis,& aliis munerib⁹ acceptis
timentem & multum dubitantem confirmaſti, & Theſſalonicam fide tua venire iuſſiſti.quẽ
ne maiorum quidem more ſupplicio affeciſti,cum miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices
ſubiicere geſtiret:ſed ei medico,quem tecum eduxeras,imperaſti,vt venas hominis incide-
ret.Tum quidem tibi etiam acceſſio fuit ad necem Platoris,Pleuratus eius comes,quem ne
caſti verberibus ſumma ſenectute confectum.Idemq; tu Rabocentum Beſſicę gentis princi-
pem,cum te trecentis talentis Regi Cotto vendidiſſes,ſecuri percuſſiſti:cum ille ad te lega-
tus in caſtra veniſſet,& tibi magna præſidia & auxilia a Beſſis peditum equitumq; pollicere
tur.neq; eum ſolum,ſed etiam cęteros legatos qui ſimul venerant:quorum omnium capita
Regi Cotto vendidiſti.Denſeletis,quę natio ſemper obediens huic imperio,etiam in illa o-
mnium barbarorum defectione Macedonica,C.Seſtium prętorem tutata eſt, nefarium bellũ
& crudele intuliſti:eiſq; cum fideliſſimis ſociis vti poſſes , hoſtibus vti acerrimis maluiſti.
Ita perpetuos defenſores Macedonię,vexatores,ac perditores effeciſti.vectigalia noſtra per-
turbarunt,vrbes ceperunt,vaſtarunt agros, ſocios noſtros in ſeruitutem adduxerunt, fami
lias arripuerunt,pecus abegerunt, Theſſalonicẽſes,cum oppido deſperaſſent,munire arcem
coegerunt.A te Iouis Velſuri fanum antiquiſſimum barbarorum,ſanctiſſimumq; direptũ
eſt.tua ſcelera dii immortales in noſtros milites expiauerunt.qui cum vno genere morbi af
fligerentur,neq; ſe recreare quiſq̃ poſſet,qui ſemel incidiſſet:dubitabat nemo, quin violati
hoſpites,legati necati,pacati atq; ſocii nefario bello laceſſiti, fana vexata,hanc tantam effi
cerent vaſtitatem.Cognoſcis ex particula parua ſcelerum & crudelitatis tuę genus vniuer
ſum.quid auaritię,quę criminibus infinitis implicata eſt,ſummam nunc explicem ? genera-
tim ea,quæ maxime nota ſunt,dicam.nonne ſeſtertium centies & octogies,qđ,quaſi vaſarii
nomine,in venditione mei capitis aſcripſeras, ex ærario tibi attributum Romę in quęſtu re
liquiſti?nonne cum.CC.talenta tibi Apolloniatę Romæ dediſſent,ne pecunias creditas ſol-
uerent,vltro Fufidium Equitem Ro.hominem ornatiſſimum,creditorem debitoribus ſuis
addixiſti?nonne hyberna cum legato,præfectoq; tradidiſſes,euertiſti miſeras funditus ciui-
tates?quę non ſolum bonis ſunt exhauſtę,ſed etiam nefarias libidinum contumelias turpi-
tudineſq; ſubierunt.qui modus tibi fuit frumenti ęſtimandi?qui honorarii?ſi quidem poteſt
vi & metu extortũ honorariũ nominari.quod cũ peræque omnes,tũ acerbiſſime Bœotii,&

Virtutis ſpecies etiã ĩ hoſte poſita delectat.

De facie noſti.

Labris trementibus.

Addicere.

Fide tua venire.

Denſeletę.

Iouis Velſuri fanũ.

Expiauerũt ſcelera in noſtros.

Vaſarium.

Byzantii,Cherronẽſes,Theſſalonica ſenſit.vnus tu dominus,vnus æſtimator,vnus venditor,tota in ꝓuincia,per trienniũ frumenti om̃is fuiſti.Quid ego rerũ capitaliũ q̃ſtiones,reorum pactiones,redẽptiones,acerbiſſimas damnationes,libidinoſiſſimas liberationes ꝓferam? tantũ locũ aliquẽ cũ mihi notũ ſenſeris,tecũ ipſe licebit quot in eo genere & quãta ſint crimina recordere.Quid?illam armorũ officinam ecquid recordaris?cũ om̃i totius ꝓuincię pecore compulſo,ꝑelliũ nomine,omnẽ quęſtũ illũ domeſticũ paternũq; renouaſti? videras em̃,grandis iã puer bello Italico repleri quęſtu veſtram domũ:cũ pater armis faciẽdis tuus præfuiſſet.quid?vectigalẽ ꝓuinciã,ſingulis rebus,quęcũq; venirent,certo portorio impoſito,ſeruis tuis publicanis a te factam eſſe meminiſti?quid?cẽturiatus palam venditos? quid?ꝑer tuum ſeruulum ordines aſſignatos?quid?ſtipendium militibus ꝑer omnes annos a ciuitatibus menſis palam propoſitis eſſe numeratum?quid?illa in Pontum profectio & conatus tuus? quid debilitatio,atq; abiectio animi tui, Macedonia Prætoria nunciata:cum tu non ſolum ꝙ tibi ſuccederet,ſed ꝙ Gabinio nõ ſuccederetur,exanguis & mortuus concidiſti?quid quęſtor Aedilitius reiectus præpoſitus?legatorum tuorum optimus abs te q̃ſq; violatus?tribuni militũ nõ recepti?M. Bebius vir fortis interfectus iuſſu tuo?quid ꝙ tu toties diffidens,ac deſꝑerans rebus tuis,in ſordibus,lamentis,luctuq; iacuiſti?ꝙ populari illi ſacerdoti ſexcẽtos ad beſtias amicos ſociosq; miſiſti?quid?ꝙ cũ ſuſtentare vix poſſes mœrorẽ tuũ, dolorẽq; deceſſionis,Samothraciã te primum,inde Tarſum cũ tuis teneris ſaltatoribus, & cũ Antobulo,Athamante,& Timocle formoſis fratribus cõtuliſti?quid?cũ inde te recipiens, in villa Euchadię,q̃ fuit vxor exegiſti?iacuiſti mœrens aliquot dies?atq; inde obſoletus Theſſalonicam omnibus inſciẽtibus noctuq; veniſti.qui cũ concurſum plorantiũ,ac tẽꝑeſtatem querelarum ferre nõ poſſes,in oppidũ deuiũ Beroam ꝓfugiſti.quo in oppido cũ tibi ſpe falſa, ꝙ Q. Acharium nõ eſſe ſucceſſurũ putares,animos rumor inflaſſet,quo te modo ad tuã intemperantiã ſcelerate innouaſti?

Aurũ Coronarium.

Mitto aurũ coronariũ,q̃d te diutiſſime torſit:cũ modo velles,modo nolles.lex em̃ generi tui & decerni,& te accipere vetabat,niſi decreto triumpho. in quo tu accepta tamẽ & deuorata ꝑecunia Vtinachorũ,centũ talenta euomere nõ poteras. vocabula tantũ ꝑecuniarũ & genera mutabas.

Diplomata

Mitto diplomata tota in ꝓuincia paſſim data: mitto numerũ nauiũ,ſummamq; prędę:mitto rationẽ exacti imꝑeratiq; frumẽti:mitto ereptam libertatẽ populis,ac ſingulis,qui erãt affecti pręmiis nominatim:quorũ nihil eſt,q̃d non ſit lege Iulia,ne fieri liceat,ſancitũ diligẽter.Aetoliã,q̃ procul a barbaris diſiuncta gentibus in ſinu pacis poſita medio fere Gręcię gremio cõtinet,O pœna,O furia ſociorũ,decedens miſeram ꝑdidiſti.Arſinoan Thracum,Neopactũ,vt modo tute indicaſti,nobiles vrbes, atq; plenas fateris ab hoſtibus eſſe captas.quibus autẽ hoſtibus?nẽꝑe his,quos tu Ambracię ſedens,primo tuo aduentu ex oppidis Aggrinarũ,atq; Dolopum demigrare,& aras,& focos relinquere coegiſti.hoc tu in exitu pręclare imꝑerator,cũ tibi ad priſtinas clades acceſſio fuiſſet Aetolię repentinus interitus,exercitũ dimiſiſti:neq; vllã pœnã,q̃ tãto facinori deberetur, nõ maluiſti ſubire,q̃ numerũ tuorũ militũ reliquiasq; cognoſcere.Atq; vt duorũ Epicureorum ſimilitudinẽ in re militari imꝑerioq; videatis:Albutius cũ in Sardinia triũphaſſet,Romę damnatus eſt.hic cũ ſimilẽ exitũ ſpectaret,in Macedonia Trophęa poſuit:eaq;,q̃ bellicę laudis,victorięq; oẽs gentes inſignia & monumẽta eſſe voluerũt,noſter hic prępoſterus Imꝑerator amiſſorũ oppidorũ, cęſarũ legionũ,ꝓuincię ꝓ̃ſidio,& reliquis militibus orbatę ad ſempiternum dedecus ſui generis & nominis indicia cõſtituit.idemq;,vt eſſet q̃d in baſi trophæorũ incidi,inſcribiq; poſſet,

Incidi ĩ baſi.

Dyrrhachiũ vt venit decedẽs,obſeſſus eſt ab iis ipſis militibus,quos paulo ante Torquato reſpõdit beneficii cauſa ab ſe eſſe dimiſſos.quibus cũ iuratus affirmaſſet,ſe,quę deberentur,poſtero die ꝑerſoluturũ,domũ ſe abdidit.inde nocte intẽꝑeſta crepidatus veſte ſeruili nauẽ cõſcendit,Brunduſiũq; vitauit,& vltimas Adriani maris oras ꝑetiuit:

Crepidat⁹.

cum interim Dyrrhachii milites domũ,in qua iſtũ eſſe arbitrabant,obſidere cœꝑerũt: & cũ latere hominẽ putarẽt,ignes circundederũt.quo metu cõmoti Dyrrhachini,ꝓfugiſſe noctu crepidatũ imꝑeratorẽ indicauerũt.illi autẽ ſtatuã iſtius ꝓſimilẽ,quã ſtare celeberrimo in loco voluerat,ne ſuauiſſimi hominis memoria moreret,deturbãt,affligunt,comminuũt,diſſipant.ſic odiũ q̃d in ipſum attulerãt,id in eius imaginẽ ac ſimulacrũ ꝓfuderũt.Quę cum ita ſint:non em̃ dubito,quin cũ hęc quę excellunt,me noſſe videas,nõ exiſtimes,mediã illã partem & turbã flagitiorũ tuorũ mihi eſſe inauditã:nihil eſt q̃d me hortere,nihil eſt q̃d iuites,admoneri me ſatis eſt:admonebit aũt nemo alius,niſi Reip.tẽpus:q̃d mihi q̃dẽ magis videt,

ꝙ tu vnq̄ arbitratus es,appropinquare.Ecquid vides,ecquid ſentis,lege iudiciaria lata,quos
poſthac iudices ſimus habituri?non æque legetur quiſquis voluerit:nec quiſquis noluerit,
non legetur.nulli coniicientur in illum ordinem,nulli eximentur:non ambitio ad gratiam,
non iniquitas ad ſimulationem,coniicietur.Iudices iudicabunt ii,quos lex ipſa,nō quos ho
minum libido delegerit.qđ cum ita ſit,mihi crede,neminē inuitus inuitabis:res ipſa & reip.
tempus aut me ipſum,qđ nolim,aut alium quempiam,aut inuitabit,aut dehortabitur. Eq-
dem,vt paulo ante dixi,non eadem ſupplicia eſſe in hominibus exiſtimo,quę fortaſſe pleri-
q;,damnationes,expulſiones,neces.deniq; nullam mihi pœnam videtur habere id,quod acci
dere innocenti,qđ forti,quod ſapienti,qđ bono viro,& ciui poteſt.damnatio iſta,quę in te
flagitatur,obtigit P.Rutilio,quod ſpecimen habuit hęc ciuitas innocentię.maior mihi iudi
cum,& Reip.pœna illa viſa eſt,ꝙ Rutilii.L.Opimius eiectus eſt a patria is,qui Prętor, & Cō
ſul maximis Remp.periculis liberarat.non in eo,cui facta eſt iniuria,ſed in iis,qui fecerunt,
ſceleris ac conſcientię pœna remanſit.At cōtra bis Catilina abſolutus:emiſſus etiam ille au
ctor tuus prouincię,cum ſtuprum Bonę deę puluinaribus intuliſſet.quis fuit in tanta ciui-
tate,qui illum inceſto liberatum,non eos,qui ita iudicarunt,pari ſcelere aſtrictos arbitrare-
tur?An ego expectem,dum de te quinq; & ſeptuaginta tabellę diripiantur? de quo iampri-
dem omnes mortales omnium generum,ætatum,ordinum iudicauerunt?quis enim te adi-
tu,quis vllo honore,quis deniq; communi ſalutatione dignum putet?omnes memoriā con
ſulatus tui,facta,mores,faciem deniq;,ac nomen a Rep.deteſtantur.legati qui vna fuere,alie Deteſtanē
nati:Tribuni Mil.inimici:centuriones,& ſi qui ex tanto exercitu reliqui milites exiſtunt,nō a republi.
dimiſſi abs te,ſed diſſipati te oderunt,tibi peſtem exoptant,te execrantur:Achaia exhauſta,
Theſſalia vexata,laceratæ Athenæ , Dyrrhachium & Apollonia exinanita,Ambracia dire-
pta:Parthini,& Bullienſes illuſi:Epirus exciſa:Locri,Phocii,Bœotii exuſti:Acarnania,Am-
philochia,Perrhebia,Athamanumq; gens vendita:Macedonia condonata barbaris: Aetolia
amiſſa:Dolopes finitimiq; montani oppidis atq; agris exterminati:ciues Romani qui in his
locis negotiantur,te vnum,ſolum,ſuum depeculatorem,vexatorem,prædonem,hoſtem,ve-
niſſe ſenſerunt. Ad horum omnium iudicia tot atq; tāta,domeſticum iudicium acceſſit,ſen
tentię damnationis tuæ,occultus aduentus,furtiuum iter per Italiam, introitus in vrbem
deſertus ab amicis,nullæ ad Senatum e prouincia literæ,nulla trinis æſtiuis gratulatio,nul
la triumphi mentio:non modo quid geſſeris,ſed ne quibus in locis quidem fueris,dicere au
des.Ex illo fonte & ſeminario triumphorum,cum arida folia laureę retuliſſes,cum ea abie-
cta ad portam reliquiſti,tum tu ipſe de te ſententiam tuliſſe videris,tum iudicium pronun
ciauiſti:qui ſi nihil geſſeras dignum honore,vbi exercitus?vbi ſumptus?vbi imperium ? vbi
illa vberrima ſupplicationibus triumphiſq; prouincia?ſin autē aliquid ſperare volueras:co-
gitaras id,quod Imperatoris nomē,quod laureati faſces,qđ illa trophęa plena dedecoris, &
riſus,te commentatum eſſe declarant:quis te miſerior?quis te damnatior?qui neq; ſcribere Dānatior.
ad Senatum a te bene Rempub.eſſe geſtam,neq; pręſens dicere auſus es?An tu mihi,cui ſem
per ita perſuaſum fuerit,non euentis ſed factis cuiuſq; fortunam ponderari:dicere audes?ne
q; in tabellis paucorum iudicum, ſed in ſententiis omnium ciuium famam noſtram fortu-
namq; pendere?te indemnatum videri putas?quem ſocii,quem fœderati,quem liberi populi,
quem ſtipendiarii,quem negotiatores,quem publicani,quem vniuerſa ciuitas,quem Legati,
quem Tribuni militares,quem reliqui milites,qui ferrum,qui famem,qui mortem effuge-
runt,omni cruciatu digniſſimum putant:cui non apud Senatum,non apud vllum ordinē,
non apud Equites Romanos,non in vrbe,non in Italia maximorum ſcelerum venia vlla ad
ignoſcēdum dari poſſit,qui ſe ipſum oderit,qui metuat omnis,qui ſuam cauſam nemini cō
mittere audeat,qui ſe ipſum condemnet.Nunq̄ ego ſanguinem expetiui tuum:nunq̄ illud
extremum qđ poſſet eſſe improbis & probis commune ſupplicium,legis,ac iudicii,ſed abie
ctum,contemptum,deſpectum a cęteris,a te ipſo deſperatum,& relictum,circunſpectātē oīa,
quicquid increpuiſſet pertimeſcentem,diffidentem tuis rebus,ſine voce,ſine libertate , ſine
auctoritate,ſine vlla ſpecie Conſulari ,horrentem,trementem,adulantem omnis , videre te
volui.vidi.Quare ſi tibi euenerit,quod metuis ne accidat,equidē nō moleſte ferā.ſin id tar
dius forte fiet,fruar tamē tua indignitate:nec minus libenter metuentē videbo ne reus fias,
ꝙ reū:nec minus lętabor cū te ſemper ſordidū,ꝙ ſi paulisper ſordidatum viderem.